⁊ paupib⁹ erogauit. PAulus magne laborio
sitatis. Plus eñ oib⁹ p̄dicauit. magnū zelū ha
buit aīaꝝ. cui de regno in regnū cucurrit ⁊ nō q̄e
uit. OViricus puer triū annoꝝ prebet exem
qui a prefecto renuit cōsolari
p̄cipitatus fuit. REmigius magne maturita
tis fuit qui senebaldū ep̄m pro pcc̄o septē ān̄os
inclusit et incarcerauit. STephan⁹ exēplum
diligendi inimicos dedit. qui pro inimicis exo
rauit. THomas obediencie. ⁊ lōginque pere
grinacōis. qui dn̄o obedire volens ad indiam
puenit. UIncencius. exemplū perseuerantie
exhibuit. qui diuersis tormentis non cessit. s;
in finem perseuerauit. XPūs ihesus sanct⁹
sanctoꝝ. speculum omīū virtutū. caritatis hūli
tatis fidei spei. ¶ Est tamen sciendū q̄ quilibet
sanctoꝝ est exemplar plurium virtutū. sed hic
solum pro exemplo posita sunt. ¶ Item sciend̄
q̄ aliqua fecerūt sancti ex speciali priuilegio. ut
miracula ⁊ alia vltra hūanam ɔdicōnez se extē
dētia. que miranda sunt potius q̄ imitanda.

De via exemplatiua

QVamuis ex precedentib⁹ hec via ali
qualiter patuit p ɔmemoracōem scō
rum. tamen amplificāda est pro edi
ficacōe multoꝝ. p ɔmemoracōz virtu
tū s̄m ordinē alphabeti. ⁊ p ɔmemoracōem exē
ploꝝ vbi nō ponā integra exempla ꝓpter breui
tatem. sed tangam sensum. ut inde elici poterit
intēcō facti. ¶ Pro quo sciend̄ q̄ gregori⁹ in pri
cipio dyalogi vult q̄ multos ad desideriū celestis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-561/0014
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG